Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

& terrae numquid maiores nos uidimus quam qui fuerunt ante nos
nonne si gentium legatur historia tantamirae reperiuntur exstitisse
de caelo terrae quae ut aliqua & iam non credantur · sed ut multa omitta
quae persequi longum est · Quos soles quando nos uidimus quos uisos litteris
mandauerunt · qui tunc fuerunt ante quam dominus uenisset & incarnetur · quando
nos uidimus solem sic obscuratum quemadmodum obscuratus est · cum
mundi lumen pendet in ligno · Nisi forte defectus solis & lumen quos
consuerunt computatores siderum adnotare atque predicere inter
caelestia prodigia numeratimus · qua luna saepius in sua plenitudine
solem uerorum uiuus · Sed tamen uidimus in fine luna secundum eorum con
putum defecisse · Nonne ut talis solis ille defectus quando crucifixus
est xps · & ideo uere mirabilis erat & prodigiosus · Paschaque ipse
fuerat iudaeorum quod non nisi in luna plenitudine celebratur · secundum
astrologorum autem numerosi cestum est · solem quando luna plena est non
posse deficere · sed quando finis est lunae · non quidem semper sed alternatim
quam cum secundum illos numerosi defecit · quidergo tale nunquam quisquam
meminit apparuisse de caelo · ex quo dominus ille praedixit · quale apparuit
quando passus est · Quare sic apparebunt & iam talia sint spiritaliter potius
intellegenda sunt · tunc apparebunt · quando finis sic adpinquabit
ut debeant apparere bellis autem per diuersa interuallatemporum
& locorum quando non terrae contrita est · Namut nimis antiqua praedi
cam subumpenuto regali eno · Cum romanas prouincias barbari esus:
quaq: pauerat · Quam multos fratres nostros quitunc erant in carne putamus
propinquum finem credere potuisse cum longe post ascensionem domini factum est ·
Aeper hoc & iam ista qualia futura sint cum fuerit omnino finis proximus
ignoramus · sed tamen haec non ita pdicta sunt ut in ecclesia potius intellegi
debeant · Duae quippe gentes sunt & duo regna · Unum scilicet xpi
alterum diaboli · de quib: dicipotuit · exsurget gens super gentem &
regnum super regnum quod non desinit fieri · ex quo dictum est · Agite
paenitentiam adpinquauit enim regnum caelorum quod uide quando ·